

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Seneca Cordubensis moralissimi Liber de Moribus humane vite**

**Seneca, Lucius Annaeus**

**Liptzk, 1502**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-114193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114193)

*oratoribus*

Magnus hunc de Parthenopolitans inter ceteros arcibus  
et philosophie professores liptzenses infimus Discretis et stu-  
diosis Johanni et Paulo de Bretenbach germanis Arciuli-  
beralium scholaribus suis salutem et omne bonum  
Tamen si Studiosi adolescentes inter quatuor disciplinas quibus  
summus ille philosophorum archidux Aristoteles in octavo  
de reipublica iuventutem instituit praecepit etatem Moralis ipsa  
philosophia non enumeratur. eam tamen Quinilianus elo-  
quencie magister in primo de orationa institutione flouido te-  
pore non esse negligendam scribit. Cum sicut virgulea in prima  
etate flexibilia sunt Et in utraque parte rectam et distortam tra-  
hi possunt. Ita puerilis animus mollis et flexibile nobilis quo-  
que facillime a molli ad arduam et rursus ab ardua ad mollem du-  
citur quod in carulis cernimus. Quapropter multum refert iuue-  
nem sic vel sic assuesci. Quo enim semel imbuta recens seruable  
odorem testis diu: Tum ipsa bene beateque vivere docet non so-  
lum ingenio perfectiores nos faciens sicut triviales artes et the-  
orice scientie. verumetiam Seneca et Lactantio scriben:ibus  
meliores reddit. Nihil quippe scientie bonis probisque moribus  
posthabitis profuit: quoniam boni et approbati mores plusquam  
diuicie promouent sicut Pomponius in I Si quis stipularis fide  
et obli. Quas obres Seneca Cordubensis moralissimi libri  
de humane vite moribus denuo emendatum et impressum cum  
Epistola Marcellij Sicini de officijs ad vos transcribere de-  
erui quatenus vestri parentis viri in utroque iure non minus  
docti quam famosissimi vestigia facilius imitari ac preceptis di-  
sertissimi pedagogi Arciummagistri obedire possent. Accipite  
itaque eo quo transcripta sunt animo: et si quando ocio gaude-  
tis legatis. ubi fructum scientie vestri Magni in parentem me-  
mores sitis. his sano corpore saluaque mente in christo feliciter  
valeatis Datum ex Bursasaronum in florentissimo studio liptzani  
quinto et decimo Kalendas maij nonagesimonono.

Mortem qui moriens vicisti chiste redemptor  
Vivendi doceas mores servate beatos

Lucij Annei Seneca Cordubensis liber de Moribus. In quo  
notabiliter et eleganter humane vite mores tractat.

**O**mnis peccati actio est. Actio autem omnis voluntaria tam honesta quam turpis. et ideo voluntarius est omnis peccatus. Tolle excusationem nemo peccat inuisus. Educatio et disciplina mores faciunt: Et id unusquisque sapit quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet quod mala insiruit. Nihil interest quo animo facias quod fecisse visum est. quia facta cernuntur: animus vero non videtur. nulla autem laus est non facere quod facere non possis. Quid homini est inimicissimum: homo. Libenter feras quod necesse est. Dolo: patientia vincatur. Expete quod nunquam peniteas. Non quam multis placeas sed qualibus stude. In hoc tantum incute ut libentius audias quam loquaris. Multos vita differentes mors incerta prevenit Itaque omnes dies velut ultimos intueantur. Tristitia si potes non admiseris: Si minus omnibus non ostendas. Amicos secreto admone: palam autem lauda. Verba rebus non personis extimanda sunt. Oratores te puta si tibi ante omnes quod oportet persuaseris. Ut licentiosa mancipia animi imperio coerce linguam: ventrem et libidinem. Quod tactum esse velis nemini dixeris. Si tibi non imperasti quomodo ab alio silentium speras. Ridiculum est aliquem odio nocentis suam perdere innocentiam. Monstro simile est avaritia simile. Quid enim stultius est (ut dici solet) quam via deficiente viaticum querere vel augere. Omnis infans terra nudos suscipit. Non pudeat te sordidius vivere quam nasci. Quid dulcius est quam habere amicum quo cum audeas ut tecum omnia loqui: Servandus ergo est omni diligentia rarus inventus amicus: est enim alter ego. Quid sis interest: non quis habeatis. Magnarum virtutum est negligere ledentes. Quid interest quod non habeas:

a ij

Jacobus I  
pnechroz f  
17  
Omnis ho  
su vdx ad  
audientia  
vero ad lo  
dum tardu  
ad rem  
  
Rehastig  
ne dicitur  
omnis aut  
novus om  
no vlt sim  
ille vlt no  
omnis no  
vltastet &  
tu suavitat  
hnt babat d

videntur dicitur

Qui qui  
audire  
Iohannes de  
Eustodius  
illud Luc  
||

gambai 5  
o comm  
dicitur qd  
go duo vol  
ud quicunq  
pax ad con  
pinda in ca  
ultra in m  
ipit in corde  
co

notem

omni fori  
du parcia  
his pibant  
pue. hoca

ne far amro  
Lita

Non dum es felix si turba te non deriserit. Si beatus vis esse cogita hoc pimum Contendere noli. Priusquam pmittas delibere. Et cum p miseris facias. Id agas ne quis merito te oderit. Resi nullos inimicos tibi faciet iniuria. multos faciet inuidia Solitudinem querat qui vult cum innocentibus viuere. Optimus ergo animus et pulcherrimus dei cultor: est. Abstinebis ab alieno matrimonio. Prestabis parentibus pietatem: Cognatis indulgentiam: Amicis fidem: Omnibus equitatem. De vitabis crudelitatem: et ministram crudelitatis iram. Non aliter viuas in solitudine aliter in foro. Nichil petas quod negaturus fuisti Nichil negabis quod petiturus fuisti. Pacem cum hominibus habebis: cum vicis bellum. Hoc habet omnis affectus ut in quod ipse insanit in id ceteros putet furere. Maximum in eo vicium est qui non melioribus vult placere si pluribus. Si vis omnibus esse notus prius effice neminem noueris. Bonum est non laudari et esse laudabilem. Scutum est timere quod vitare non poteris. Male opinantur homines de te: sed mali. Pessimis etiam displicere est laudari. Male loquitur de te homines: bene forsitan loqui nesciunt: Non enim quod merearis sed quod solent loquuntur. Si merito: non quod loquitur mala molestum esse debet: sed quod non merentur. Si autem immerito innocentie tue maxime gaudeas apparet qui prope vera obiecturos si possint. Non es in tua patria Patria tua est ubicumque bene es. Illud namque quod aliquis bene est non in loco sed in homine existit. Nichil magnum est in rebus humanis nisi in igno animo id despicias. Que sunt maxime diuicie: non desiderare diuicias. Quis plurimum habet: is qui minimum cupit. Quid est dare beneficium deo: deum imitari. Honestus est cum indicaueris amare quam cum amaueris indicare. Dissentio ab alio incipiat a te autem reconciliatio. Succurre paupertati amico: tum ymmo occurre. Amicos secundes recte odia quam aperta. Itaque te in nus loquar inimicus offendit quam tacitus: huius enim ira se denudat illius querit ad nocendum





quid blandi admisce: facilius enim penetrant verba que molli  
vadunt via q̄s que aspera. Nemo enim se mutat qui mutari  
se desperat. Quociens aut dicitur aut facit aliqd̄ seruo mouit  
tuorū te homibus circographū dare. Qui in seruos irascitur  
et crudelis est fact̄ ostendit potest̄ re aduersos alienos sibi de  
fuisse. Qui nescit tacere nescit et loq̄. Facilius est pauperi con  
temptrū effugere q̄s diuiti inuidiā. Non quicqd̄ improbi men  
tunt idē probi debent dicere. Longa vita bonis est optabile.  
Bonus fruitur bona conscia. Malis homibus tutissimū est  
effugere. Nulla pusilla domus q̄ multos amicos capit. Sci  
re uti paupertate magna felicitas. Acute animi intentio Animi  
um frangit remissio. Nunq̄ scelus scelere vincendū est. Bo  
nus vit̄ est q̄ eo vsq̄ perdit affectū animi ut non tū pecca  
re non velit sed etiā non possit. Regnantib⁹ peius multo pe  
riculū est q̄s hīs q̄ iudicantur. hī enim singulis timent. ille v  
niuersos. Nunq̄ forte forte se gloriabitur que corpis egri  
tudo efficit infirmū. Nunq̄ diues in opib⁹ suis gloriabitur  
cuius spem fur vel tyrannus abrupit. Nunq̄ nobilitas glo  
riabitur effecta: nōnunq̄ indignis et miserabilibus seruens.  
Dyabolus aliquē se gloriabit̄ intersectorē tue misericordie: nūc  
intergemiscit socios tue beatitudis. Fugienda sunt omnibus  
modis et abscindenda igni et ferro totoq̄ arificio separanda  
Languor: a corpe impittia ab animo luxuria a mente a ciuitate  
Seditio. a domo discordia a cunctis rebus intempantia. Dirie  
quidā amicorū omnia esse communia: et amicū seipm̄ esse aliter  
Quorū temporū maxie habendū cura: Et cor q̄ acturi sum⁹  
Et corū que gessimus. Post deū veritate colendā que sola ho  
mīnis dīis primas facit. Statera ne transilias id est ne p̄ter  
grediaris iusticiā. Ignem gladio ne confodias qd̄ est iratū et  
tumidū animi verbe maledicē: ne laceffas. Cor: nā mīme car  
pendā esse. hoc est leges v̄bis esse conseruandas. Cor: nō esse  
comedendū id est merorem de animo p̄icias. Cū p̄fectus fuerit  
retro ne respicias. hoc est tendēs in bonū ne deficias. Per viā  
publicā ne ambules. qd̄ est multarū ne sis sequutor. Hydrium

In domo ne suscipias id est garrulosos et verbosos homines  
sub eodē tecto non esse habendos. Oneratis onus esse suppo  
nendū Non cōcantibus deponendū. qd est ad v̄tutē tenden  
tibus augenda precepta. et tradentes se ocio relinquendos.  
Seueritas iudiciorū patrona est discipline. Amica terū hu  
manarū cū benivolentia est concordia. Egessissima vita eter  
nam petit calamitatem. Melior est mors q̄z vita amara: Et  
requies eterna q̄z languor p̄feterans. Nemo alieno peccato  
punitur: Nec iusticia alterius coronatur. Ciboū cōcupiscen  
cie animorū sunt detrimenta. Quantomagis corporis venter  
impletur tanto magis anima minoratur. Omnis salubritas  
vicerū temperantia et ciboū est cōtinentia. Nullā qm̄ patit  
infirmitatē qui diligit paratatem: Parcitas ciboū repulsio  
est peccatorū. Ebrietas corporis infantia est mentis. Nihil ha  
bet incolume qui perdit mentem. Multis peccatorū vinctis  
captiuatur qui vno plurimo imbiatur. Nullo potest pecca  
to resistere qui se nō potest gubernare. Homo crapulosus ser  
uus est omnū viciorū. Nullū potest vinere q̄ manū rapus  
est. Tibi tantū placere si de cui displicet quod omnibus p̄acet  
Adulatores vt inimicos cauet: contempit ficit laudib⁹ leues  
animas: Et male credentibus blandū crimen infigunt. Bea  
ta mens que p̄fecte vincti hoc viciū: et que non de capit nec de  
cipitur. Nunq̄ aliud corde teneamus et aliud ore p̄feramus  
Quicquid pudet ore dicere pudet etiam cogitare. Optim⁹ est  
in omnibus modus laudabilisq; mensura. Nihil prodes: facti  
enda didicisse nec facere. In bonis rebus quequid modū ex  
cesserit viciū est. Nihil facias quod fecisse peniteat.

Theos



## De Officijs

M. Marfilus Ficinus Cherubino Quarquallo viro doctif-  
simo Salutem dicit.

Tñ non minus minus fortasse officiosissimam q̄z deceat  
quem admodū solent qui phie studijs occupantur Ne  
queo tamē in presentia me continere: quin ad virū om̄i  
officioissimū aliq̄ de officio scribā Si quantū ipse in agen-  
do tantū ego in disputando esset officiosus neq; Panetij sub-  
tilitas hac in re neq; copia Ciceronis desideraretur. Agam i-  
gitur pingui M. Nerva quando quidē nūc aliter nequeo. Atq;  
vt officio meo aliq̄ i fungar ad amicū oim officiosissimū om̄i  
nū officia mitcā. Officiū est actio vnuscuq; pp̄ia decorū  
honestum p̄ seruans. p̄ vt res: p̄sona: locus: tempusq; postu-  
la. Sacerdotis virtus et officii est sapientia quēdā pietate  
feruens: et pietas sapientia lucens. Principis circūspecta pro-  
uidentia: iusticia clemens: sublimitas humilis: humilitasq; sub-  
limis. Magistratus meminisse se nō dnm̄ esse legis s̄ ministrū  
tutorē: emq; publicū ciuitatis. preterea se a deo duz ipse homines  
iudicat iudicari. P̄uati tam libenter magistratum parere  
mandatis vt non legis necessitate compulsi sed pp̄ia vo-  
luntate videatur adductus. Cuius siue ingrātus sit siue pri-  
uatus officii est tam diligens publici cura q̄z ingens amor: p̄  
priū. Equitis fortitudo q̄dē in bello: in pace vō magnificētia  
Mercatoris veridica fide atq; diligentia exterius alimenta ale-  
re ciuitatē atq; seipm̄. Opificis alimenta a mercatore accepta  
iuste singulis ciuitatē digerere membris. Mercatores et arti-  
fices atq; aliq̄ ita pecunias querāt vt nemini noceāt. naz q̄cqd̄  
a malo surgit in malū demq; recidit. Ita seruent vt neq; vi-  
deant frustra: neq; seruandi solū grā quesuisse. Sic erpendāt  
vt diu possint erpendere: atq; honeste et vtiliter erpendisse p̄-  
bentur. Agricole de agricultura oportunitate consulere aeres  
et agricolas seniores. Preterea tanta cū fide liberalitateq; ho-  
spitibus suis agri fructus offerre quanto illi cum fenore illos  
reodit ager: Domini legi rationiq; seruire quo possit seruis le-

Victime et rationabiliter dominari. considerare tam seruū q̄z  
dominū hominē esse. humanitatē semp cū dignitate miscere.  
Serui existimare vitam suā esse dñi atqz rationes dñi esse suā.  
Mariti uxorem quasi corpus suū sensumqz diligere ac diligē  
tissime ducere. Uxoris prudentem maritū suū veluti suū ani  
mū rationēqz honorare atqz libētissime sequi. Patrissfamilias  
filios colere q̄si pprie vite ppagine: atqz optimo suo exem  
plo regere tanqz membra. Filio:ū genitorem sequi q̄si radicez  
atqz caput. et tanqz deū alterū venerari. Fratris erga fratres  
ceu fere alterū affi. i. Consanguineo:ū semitē tanqz eiusdem  
corpore membra diligere. Affinū vt memnerint se lege quasi  
natura quadā ita esse cōiunctos vt rem operāqz suaz coicare  
sibiinuem debeant. Amico:ū cōi inter se consilio querere ve  
rum: cōi auxilio sequi bonum. Magistri doctrina et bonitate  
sua discipulū doctū atqz bonū quasi mentis sue filiū pcreare  
Cupio si liceret magistros monere ne obliuiscant Aristotelem  
in diuinū Platonē recalcitrasse. Discipuli pcepto:ū honorare  
tanqz intelligentie patrē: cauere tamē ne magistri vicia laten  
ter ebibat. Jurisconsulti vt oim grauissim<sup>o</sup> sit: atqz sciat qui  
sacrā adulcerat legem ceu sacrilegū seueriori censura plectēdū  
esse qz qui nūmos. Medici cogitare qñ igrotātes adit agi de  
vita vt nihil sine ratione tentare audeat: n̄ hū sine consilio.  
Oratoris que alijs suasurus sibi iam ipse psuasisse. Poete vt  
naturam morēqz pingere valeat vt run: qz vidisse. Musici in  
sono gratiā cantus: in cantu sermonis elegantia imitari: me  
minisse etiā motus animi multo magis oportere cōsonantes  
esse qz voces: Inconcinn<sup>o</sup> em̄ alienusqz a musis est musicus  
cui dum consonat vox lyra: mens dissonat. Iubet David  
Mercuriusqz qñquidē deo mouente canim<sup>o</sup> canamus et deū.  
Phūs diuina querat diligentius vt fruatur. persecutē et na  
turalia vt vtaf ad sit humanis nō inre: sit. Phūs singularis  
vt p patria nō verā subeat vite discrimen a Platone z Aristi  
ppo non cogit quod quidē mihi idē placet: qz phūs in uita z  
cōtra remittente ciuitate in qua nascitur sit philosoph<sup>o</sup> Celoz

filius est non terre. Abbe q̄ Ideo impiū miserū ꝑ videtur virū  
om̄ia videntē ꝑ salute cecorū qui forte salui esse nunq̄ possit  
amittere. Vir caveat ne villo pacto mulieb:is sit. Mulier stu-  
beat vt quod am̄ sit viri: in arine vero pudica: Quāntus  
enī virū magnanimitas decet tātū pudicitia mulierē. Sener  
videat ne puerilis sit: recordetur in uenem se fuisse. Adolefcens  
curet vt sic senilis: credat se posse senescere: seniores honoret.  
Indigene officiū est patriā vt patris patres in atriq̄ matres  
colere Et q̄ cum peregrinis aliquid est agendū se quandoq̄  
peregrinaturū existimare. Incole et peregrini scire se solū esse  
honoriare om̄es: Aliena vir attinge e non tractare. Fortunat-  
us sciat bona fortune soli bono esse bona: ac sereno aeri suc-  
cedere pluuias. Infortunatus cogitet mala fortune soli malo  
esse mala ac post dies pluuios serenos expectet. Videmus enī  
ver arboribus folia reddere que abstulit hyems. Homo consi-  
deret cū nunq̄ in terris contentus vivere possit se celi quidez  
ciuem esse: inco'am vero terre vt ammiratur nihil cogitare vel  
loqui vel agere qđ minus decere videatur celestis patrie ciuē.

Finis

Impressum Lipsiæ per Jacobum  
Thanner Herbipolensē Anno quin-  
gentesimo et secundo sup̄ millesimū



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly obscured by the paper's texture and age.

